



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

**Luxemburgi, 1740**

CXIV. Generali Congregationi Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti  
facultas conceditur destinandi pro libito Abbatem in Monasterio Sanctæ  
Mariæ Novæ, absque regimine, cum voce tamen activa & ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

1733.  
Claudius.

**S. 3.** Decernentes, ipsas præsentes literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respetive inviolabiliter observari; sicut in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attenari.

**S. 4.** Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationalis, Ordinis, & Monasterii præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboris statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque; indulcis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis,

**S. 5.** Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Septembbris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CXIII.

Præcipitur ne quis notam aut censuram ullam Theologicam Catholicorum Scholis diversa in explicanda Divinae Gratiae efficacia sentientibus inuovere, aut earum sententias contumelii incensere audeat.

## CLEMENS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exordium.

**A** Postolicæ providentia officio a Prædecessoribus Nostris fel. record. Clemente XI. & Benedicto XIII. sapienter itipenso ad dissipandas novatorum calumnias & artes, per quas inducta proscriptis erroribus Catholicorum dogmatum larva, & Sanctorum Doctorum illustria nomina obtendentes, simplicium animos a debita Constitutioni, quæ incipi *Unigenitus*, obedientia deterrere moliebantur, Nos paterna quoque sollicitudine inhærentes, magnopere dolemus, tenebras à dissensionis filiis oftusas nondum ex quorundam mentibus fatis esse discussas; sed plerique etiam nunc intolerabili pertinacia contendere, censuris laudata Constitutionis doctrinam Sanctorum Augustini, & Thomæ de Divina Gratia efficacia esse perstrictam.

**S. 1.** Ut igitur nullas charitatis partes ad revocandos errantes Nobis reliquias faciamus, universis, & singulis Christifidelibus quacunque dignitate, etiam Episcopali, & majori fulgentibus in virtute sancte obedientiae districte præcipientis, & sub Canonicis poenis mandamus, ne disputationes, aut docentes sive in Scholis, sive in Concionibus, sive scriptis editis, sive alteri propositiones defendant, aut enuncient, quæ antedictas novatorum calumnias firmare, ac promovere possint, Mentrent tamen eorundem Prædecessorum Nostrorum compertam habentes, nolumus aut per Nostras, aut per iporum laudes Thomisticae Scholæ delatas, quas iterato Nostro iudicio comprobamus & confirmamus, quidquam esse detracimus ceteris Catholicis Scholis diversa ab eadem in explicanda Divinae Gratiae efficacia sentientibus, quarum etiam erga hanc Sanctam Sedem præclaras sunt merita, quominus sententias ea de re tueri pergent, quas haec tenus palam &

Per laudes  
Doctrine S.  
Thomæ da-  
ras ceteræ  
non repro-  
bantur Sen-  
tentia.

libere ubique, etiam in hujus Alma Urbis luce, docuerunt & propugnarunt.

**S. 2.** Quanobrem fel. record. Pauli V., & aliorum Prædecessorum Nostrorum ad restrinendum dissensionum fomitem vestigia profuentes, & saluberrimā mandata renovantes, auctoritate quoque Nostra omnibus & singulis superius expressis interdicimus & prohibemus sub iisdem poenis, ne vel scribendo, vel docendo, vel disputando, vel alia qualibet occasione notam aut censuram ullam Theologicam iisdem Scholis diversa sentientibus inuovere; aut earum sententias convicis, & contumelii incensere audeant, donec de iisdem controversiis hæc Sancta Sedes aliquid definitum, ac pronunciandum censuerit. Pacem siquidem, quam cum veritate diligendam Dominus præcepit, inter Catholica Ecclesia Filios fovere, & communire debemus, & curamus; ut conjunctis diversarum licet Scholarum studiis firmius sit adversus erroris infidias præsidium.

**S. 3.** Propterea locorum Ordinariis, Inquisitoribus, ceterisque Judicibus Ecclesiasticis injungimus, ut altercationes, & contentiones, quæ disputationis æstu animos abripiente, in Christiani populi scandala erumpere possent, per Canonica remedia compescant; iisdem facultatem ad id necessariam, & opportunam impertinentes; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Octobris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

C. Archiepiscopus Emissenus.

Generali Congregationis Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti facultas conceditur destinandi pro libito Abbatem in Monasterio Sanctæ Mariæ Novæ, absque regimine, cum voce tam activa & passiva.

## CLEMENS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

CXIV.

Dat. die 6.  
Octob. 1733.  
Pont. An. IV.

Vid. superius.

Petitio.

**S. 1.** **N** Uper pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Congregationis Montis Oliveti Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Nobis expositum fuit, quod, cum per alias nostras in simili forma Brevis novissime expeditas literas Abbatiam & Regimen Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ nuncupat, de Urbe Procuratori generali ejusdem Congregationis Montis Virginis, itaut deinceps Procurator Generalis pro tempore existens dicta Congregationis insimul Abbas Monasterii prædicti esset, ac esse deberet, perpetuo univerimus & annexerimus, ac unita & annexa fore declaraverimus; sicutque numerus Abbatarum predicta Congregationis imposteriorum diminuendus foret, dilecti vero filii moderni Abbas ac Deffinitores Generales ipsius Congregationis minime expedire existimat, um potius quam alteri & sex Provinciis, quibus eadem Congregatio constat, unum Abbatem adimere; idem Procurator Generalis pro quiete & tranquillitate dictæ Congregationis illius Abbatii Generali pro tempore existenti, ad quem juxta Constitutiones ipsius Congregationis distributio regiminis Monasteriorum spectat, facultatem concedi, plurimum desiderat, relinquendi semper unum Abbatem pro arbitrio suo absque gubernio cum voce tamen activa & passiva in Capitulis Generalibus, ceterisque aliorum Abbatarum prærogativis & præminentis; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de be-

nignitate

Prohibi-  
cio, de qua  
supra.

ANNO  
1733.

## Concessio.

nignite Apostolica dignaremur. Nos igitur praedictum Procuratorem Generalem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatus existit, ad effectum praestitum damnataxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore cententes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Abbatii Generali dictæ Congregationis pro tempore existentes, ut ipse semper unum Abbatem sine regimine Monasterii ejusdem Congregationis, qui tamen voce activa & passiva in Capitulo Generali, ceterisque prærogativis ac præminentibus ad instar aliorum Abbatum Regininis frui ac potiri debeat, arbitrio suo relinquere ac destinare libere & licite possit & valeat, auctoritate Apostolica tenore præfinitione concedimus & indulgemus.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; necnon, quatenus opus sit, Congregationis & Ordinis prædictorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariae quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anullo Piscatoris die 6. Octobris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

## C X V .

Constituitur Procurator in Urbe pro Missionibus exteris Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum.

## C L E M E N S P A P A XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Cherubinus de Noves, Frater expresse Professus, Custos, ac Socius Generalis Gallus, Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, quod dilecti filii Ministri Provinciales Regni Galliarum dicti Ordinis, Missionibus exteris, quæ Fratribus ejusdem Ordinis sub ditione charissimi in Christo filii Nostris Ludovici Francorum Regis Christianissimi degentibus demandata sunt, auctoritate Apostolica præfecti, tempore ultimi Capituli Generalis Ordinis præfati in Alma Urbe Nostra celebrati, ipsum Cherubinum Procuratorem in Romana Curia dictarum Missionum, quarum curam & onus ab undecim jam annis laudabiliter, & ex animi nostri sententia sustinuit, unanimi consenserunt ac deputarunt, quemadmodum quoque factum est a dilecto filio moderno Ministro Provinciali Provinciae Hibernie prædicti Ordinis, & alias, prout uberiori continetur in eorumdem Ministrorum Provincialium patentibus literis super expeditis, tenoris, qui sequitur.

Reverendissimo Patri Cherubino de Noves, Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum Alumno, Concionatori Provinciae Sancti Ludovici, in Romana Curia generaliter Assistenti Provinciali, & Missionibus Gallicanis ejus-

dem Ordinis, ac propriæ Nationis, Provincia sua pro Comitiis Generalibus Custodi, Consulteri Sacrarum Congregationum super Indulgentiis, Reliquiis, necnon Sacrae Congregationis Indicis, sanctique Officii Qualificatori,

Nos Provinciales infra scripti ejusdem Ordinis & Nationis, prefætique Apostolici, licet immeriti, salutem in Domino.

Cum plurima Nobis incumbant tum apud Summum Pontificem, & Sanctam Congregationem, tum apud alios sive intra sive extra Religionem Romæ gerenda negotia pro Missionibus & Missionariis nostris, qui a Sacra Congregatione deputati, ac Regis Nostri Christianissimi protectione suffulti, toti se tradunt Infidelium Conversioni, Reverendissimam Paternitatem Vestram, de cuius pietate, prudenter, probitate, summo zelo, experientia, & capacitate plurimum in Domino confidimus, ad ea pertractanda negotia in Procuratorem præfatarum Missionum deputandam judicavimus. Ideo virtute præstentium Paternitati Vestre Reverendissimæ facultatem facimus, & omnem auctoritatem nostram commitimus in his omnibus, quæ versantur tum circa nostras Missiones, tum circa alias quacunque negotia, pro quibus recurrendum nobis foret ad Curiam Romanam eisdem Missiones: resque alias, quæ ad Provincias nostras pertinent, humillime in Christo commendantes. interim Deum Optimum Maximum suppliciter deprecamur, ut Reverendissima Paternitati Vestre det illam Sedem suarum assistricem Sapientiam, quæ cum ipsa sit semper, & laboret, eamque ad communem Ecclesiaz utilitatem, Ordinisque nostri ac nostra Nationis decorum diu incolumem servet. In quorum fidem præsentes manu propria subsignatas dedimus in Conventu nostro Romano die 4. mensis Junii 1733.

Fr. Claudio Maria Ambianensis Provinciae Provincia Parisiensis.

Fr. Franciscus Maria Tannayensis Provinciae Provincia Turonensis.

Fr. Gregorius Alenconius Provincialis Provincia Normanniae.

Fr. Josephus Maria Dolensis Provincialis Provincia Britanniae.

Fr. Joannes Baptista a Gratianopoli Provincialis Provincia Lugdunensis.

Fr. Nicolaus a Calvomonte Provincialis Campaniae.

Reverendissimo Patri Cherubino de Noves Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum Alumno, Concionatori &c.

Nos Fr. Philippus à Kennedy Custos, & Praefectus Apostolicus Cappuccinorum Missionis Hibernie, licet immeriti, salutem e fonte salutis semper.

Cum plurima Nobis incumbant tum apud Summum Pontificem, & Sanctam Congregationem, tum apud alios sive intra sive extra Religionem gerenda negotia pro Missionibus & Missionariis nostris &c. In Conventu nostro Romano die 12. Augusti anno salutis 1733.

Fr. Philippus, qui supra.

§. 2. Cum autem, sicut eadem exposito subjungebat, ipse Cherubinus, quo munus, sibi per memoratos Ministros Provinciales commissum, utilius atque efficacius cum Socio suo Nationali, iuxta antiquum supradicti Ordinis usum ei concessu, exequi possit, præmissa Apostolica confirmationis nostra præsidio communiri plurimum desideret;

Dato die 10.  
Octob. 1733.  
Pont. An. IV.

A Capitu-  
lo Generali  
constitutus  
Procurator  
pro Missioni-  
bus exteris.

Literæ Pa-  
tentæ Pro-  
vincialium  
Provin-  
cia rum Gallie,  
& Hibernie.

ANNO  
1733.